brought to a round edge, or a Stone fitted by nature for that purpoſe, rub them all over to force all the Water and Greaſe out of them, till they become perfectly dry: which is all they do.

And one Woman will dreſs eight or ten Skins in a day; that is, begin and end them. I intimate this becauſe the Men never do it.

Obſervationes ponderis Teſtudinis terreſtris, cum in Autumno terram ſubiret, cum ejuſdem ex Terrâ Verno tempore exeuntis pondere comparati, per plures anos repetitæ: experimento celeberrimi D. D. *Georgii Ent*, Equitis, & M. D. & à Doctiſſimo D. D. *Rob. Pitt*, M. D. & R. S. S. communicatæ.

DIE ſeptimo Octobris, Anno 1651. *Teſtudinem meam appendi, priuſquam latibulum adiret, ibidem per totam Hyemem hybernatura, pendebatque exactè libras* 4. *unciáſque totidem minus drachma, nempe lib.* 4. *unc.* 3. *drach.* 7.

Die octavo Octobris 1652. *Erutam è terra Teſtudinem (nam ſe pridie humaverat) appendi denuo, ponderabatque lib.* 4. *unc.* 6. *& drach.* 1.

Die 16. *Martii* $165\frac{2}{3}$. *Teſtudo ſponte è latibulo ſuo prodiit. Pendebátque lib.* 4. *atque unc.* 4.

Die 4. *Octobris* 1653. *Teſtudo poſtquam per aliquot dies jejunaſſet, ſubtúſque terram ſeſe abſcondiſſet, inde educta atque appenſa ponderabat lib.* 4. *unc.* 5. *Oculi (quos diu clauſos habuerat) tum aperti plurimum madeſcebant.*

Die 18. *Martii.* $165\frac{3}{4}$. *Teſtudo è latebris prodiens & in lance appenſa ponderabat lib.* 4. *unc.* 4. *& drach.* 2.

Die 6. Octob. 1654. Teſtudo ad hyberna ituriens pendebat lib. 4. unc. 9. & drach. 3.

Die Februar. ultimo $165\frac{4}{5}$. *Teſtudo ex hyemali Cryptâ prorepens pependit lib. 4. unc. 7. drach. 6. Amiſit itaque priſtini ponderis unc. 1. drac. 5.*

Die 2. Oct. 1655. Teſtudo hyematum itura, pependit lib. 4. unc. 9. priùs autem aliquamdiu jejunaverat.

Die 25. Martii 1656. Teſtudinem è latebris hybernalibus prodeuntem appendi; erátque lib. 4. unc. 7. & dr. 2.

Die 30. Sept. 1656. Teſtudo ſubtus terram ituriens, pendebat lib. 4. & unc. 12. drac. 4.

Die 5. Martii $165\frac{6}{7}$. *Teſtudo de ſubtus terram exiens pondo erat lib. 4. unc. 11. dr. 2. ſs.*

Unde ſatis liquet quam fixis particulis hæc Animalia, quæ ſub Terrâ ſe muniunt adverſus frigus Hybernum, conſtent, cum per tot menſes tam exigua pars corporis in ſudores aut effluvia abeat, ut an vivant necne, dum hunc in modum ſepulta jacent, merito ambigatur.

Emendationes